



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 115. Mauritius Saxoniae Elector cum suis copiis in Hungariam profectus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](#)

dæ Præfектus die vigesima Augusti quindecim equitum millia in Turcarum opem adduxerat, Cæsarei profligati fure, Pallavicino capto, atque Budam abducto, ubi nonnisi persoluto quindecim aureorum millium lytro libertatem suam redimere cogebatur. Denique Mahometes continuato victoriarum cursu Solnocom a præsidiariis invito Gubernatore derelictum occupavit, suaque castra Agriam versus promovit.

Sæc XVI.

A.C. 155<sup>2</sup>.

## §. CXV.

*Mauritius Saxonæ Elector cum suis copiis in Hungariam profectus.*

Interea Mauritius Saxonæ Elector, pace cum Cæsare inita Donawertam delatus ibidem die vigesima tertia Augusti pedites suos in Hungariam secundo flumine devehendos imposuit, equitatu terra subsequi jussso: ipsus vero rebus suis prospecturus in Saxoniam prompto itinere contendit, mox autem cum sexdecim peditum, ac quinque equitum millibus inde reversus, sese in Hungaria Ferdinandi copiis jungere parbat. Vix Mauritius advenerat, cum illico fama spargeretur, quod Strigonium obfessurus venisset: itaque Budensis Bassa seu Præfектus licet inferior viribus, conatus ejus impedire haud posset, ul-

*Chalcond.  
hist. Turc.  
l. 14. p. 606.*

F f 4 tro

**Sæcul. XVI.** tro tamen obviam progreditur ; eodem  
A.C. 1552. que tempore Mahometes ad obsidio-  
nem Agriæ cum toto exercitu , qui nu-  
merabat septuaginta peditum millia, se-  
accingit. Hoc oppidum, quod Germa-  
ni *Eger*, Hungari vero Erlaw vocant,  
in superiori Hungaria ejusdem nominis  
fluvio adjacet, ac tribus milliaribus a  
Tibisco flumine in Barzodiensi Comi-  
tatu distitum est, atque in eo etiam qui-  
dam Episcopus, qui Strigonensis Suffra-  
ganeus est, sedem suam habet , cete-  
rum hæc urbs nec arte , nec natura fa-  
tis munita est , in ea tamen arx muro  
antiquo cincta, & turribus tantum ali-  
quot erat firmata , sine ulla prominentibus  
propugnaculis licet ab una  
parte collem proxime imminentem ha-  
beat. Porro loci infirmitatem præ-  
diariorum virtus compensabat , nam ibi  
erant bis mille Hungari , & in iis sex-  
aginta ex primaria nobilitate , qui uxo-  
res , liberosque cum omni supellectili  
ad eam arcem comportaverant, fide ab  
omnibus religiose interposita , se nun-  
quam de ditione acturos sed extrema  
quæque passuros , & , si vixit defice-  
ret, vel cadaveribus vitam potius suspen-  
turos , quam commissuros , ut cum  
perido hoste pacifcerentur , aut eidem  
urbem traderent.

§. CXVI.